


**Verbi Domini Et Spiritus Oris Domini, quo factus est omnis coeli Exercitus  
Gloriae Sacrum ipsa Angelorum anniversaria solemnitate publicat ac ad serium  
ardentissimumq[ue] studium supremo illi Thronorum, Dominationum  
Principatum & potestatum magnificentissimo Conditori pro tam sanctis  
potentibusq[ue] Spiritibus custodiae nostrum deputatis reddendae summo  
Conditori, ...**

Rostochii: Keilenbergius, 1678

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn733992013>

Druck Freier  Zugang





F. 512.

—

1678. Michael.

M. 1256. 28.

# VERBI DOMINI ET SPIRITUS ORIS DOMINI,

qvo factus est omnis coeli Exercitus

1678

## GLORIÆ SACRUM

ip[s]a ANGELORUM anniversariâ solemnitate publicat

ac ad serium ardentissimumq; studium

quo illi Thronorum, Dominationum,

Principatum & potestatum,

magnificentissimo Conditori

pro tam sanctis potentibusq; Spiritibus  
custodiæ nostrum deputatis

reddendæ summo Conditori, Spirituum Patri, submissæ

Evcharistiæ, exorandæ amplioris Angelorum custodiæ,

exoptandæ sectandæq; humilitatis Angelicæ

expectandæ deniq; in coelo æqualitatis cum Angelis gloriosæ,

Omnes omnium ordinum Cives Academi-  
cos invitat.

## AUGUSTVS VARENIVS, D.

Colleg. Theol. Senior, Consist. Ducum Mekleb.

Affessor, Acad. Rostochiensis h. t. RECTOR.

Apoc. XIX, 10. c. XXII, 8. 9.

*Ego verò Johannes, quum hac audivissem, & vidissem, procidi ante pedes  
Angeli, qui mihi hac ostendebat, ut adorarem eum.*

*Sed is dixit mihi: Vide ne (feceris!) Conservus enim tuus sum & fratrum  
tuorum prophetarum (habentium testimonium Jesu) & eorum qui observant  
verba libri hujus. Deum adora! Testimonium enim Jesu, est Spiritus prophetia.*

ROSTOCHII,

Typis Friderici Keilenbergii, Acad. Typogr. An. MDCC LXXIIX.

M. 1256<sup>28</sup>

**S**ummi, ex dilectionis & dignationis Christi caractere, nominis, Apostolus idem & Evangelista pariter, ac novi Test. Propheta, arcanorum Angelicorum contemplator & Aufcultator, nec in tanto muneris fastigio suæ dissimulator infirmitatis, in ipsa ferè arcanorum Apocalypticorum clausulâ, illa commemorat, quæ ad considerationem & majestatis faciunt Angelicæ, & humilitatis ac modestiæ, & seriæ in Deum pietatis & reverentiæ. *Majestatis* illud argumentum, quod cum visus, auditusq; Johanni esset, tantoq; se gloriosi Luminis fulgore ostendisset, Internunciis Numinis Angelus, & jam sublimia illa mysteria de *nuptiis Agni & civitate cœlesti* cujus templum Dominus & *Lucerna Agnus est* (c. XIX, 7. c. XXI, 22. 23. c. XXII, 5.) perorasset, hic lapsabundus ad pedes Angeli, adoraturus (non civiliter: sed religiosè) tantum Oratorem, *prociderit*, nec post repulsam primam *deum præse* abstinerit. *Humilitatis*, (quod atrum in Tartaro Cacodæmonem, olim ab ipso Domino superbè impudentissimèq; cultum religiosæ adorationis sibi deposcentem, in perpetuum, nisi pudere dediticisset, pudorem dare potuisset) quod repulsus prohibitusq; inde Johannes fuerit à præcipitis illius consilii adorationis executione, quia ipse Angelus non *Deum*: sed illius Dei vel Domini velut Angelorum Conditoris servũ se est professus, nec ex tanta flammæ Angelicæ, naturæq; merè spiritualis eminentiâ, saltem non refugit JOHANNIS: sed & nec *Fratrũ ejus Prophetarum*, habentium testimonium Jesu, quod est *Prophetiæ Spiritus, omniumq; observantium verba libri hujus, Conservum* se agnoscere: *Pietatis* deniq; illorum thronorum Angelicorum, & in Conditorem SPIRITUM ORIS DOMINI, devotissimæ reverentiæ, quod à se Creaturâ ad Creatorem, à se Ministeriano supremi Numinis, quod adorant Angeli, ad ipsum DOMINUM, velut essentiali numero unum, unumq; adorationis Sacræ & religiosæ objectum ablegarit Johannem, bisq; illi acclamarit illud: *DEUM ADORA* (quod Cypr. l. de bono pat. in fine legit: DOMINUM JESUM adora!) quo fulmine tantus Orator, nec se sine læsæ majestatis crimine adorationem religiosam soli Deo debitam, posse vel potuisse unquam admittere, nec sive Johannem, in novo, sive e. c. Daniele in V. T. utrumq; *Prophetam, habentem testimonium Jesu*, vel quemcunq; ex communi credentium numero debuisse vel debere, ulli

re, ulli supposito creato, nec vel ipsi MICHAELI Archangelo, nec thronis, cultū religiosum, velut soli Deo debitū deferre, publicè declaravit.

**Q**Vi nuper sub schemate Anti-Sociniano Dubitantii, ingenti inauditoq; haectenus paradoxo orbem, veteremq; *Eunomianorū, Macedonianorū,* & in his *Tropicorū,* utut naturam Spiritus S. divinā exautorantium, inq; Creaturæ primariā quādam & vel Angelicā classe collocantiū, *personæ* tamē, etsi creatæ vel Angelicæ quoq; *unitatē,* Spiritui S. asserentium, auxit hæresin, *Angelos omnes,* totumve illum *cœlestis militiae exercitum,* non supponendo throno S. Spiritus: sed in eo collocando (sic ut ubi Ecclesia Catholica unum essentiali pariter & personali numero credit & professā est æternum æterni Patris Filiiq; Spiritum, ibi derepente collocetur, Spiritus S. nomine intelligenda, *universa illa panegyris innumerabilium Angelicorum Spirituum*) opinatus quidem, se in hâc quoq; Apocalypsi invenisse, grande suo paradoxo præsidium, quo tamē validissimè ab Evangelistâ, ejusdemq; *conservo* Angelo excutitur ac fortissimè repellitur. Memoratur hic Angelus, sanè posterior cum *Johanne* collocutor, c. XXI, 9. ac probabiliter, sive idē numero, sive alius ex eodē *septenario* conf. c. XVII, i. c. XIX, 9. fuisse *Unus ex septem illis Angelis, qui 7. phialas plagosas ex candescencia Dei in terram effuderant* conf. c. XVI, i. c. XXI, 9. atq; adeo talis, qui per illum *septenarium,* reducitur ad *choros & panegyris XII. legionum Angelorum,* quorum mentio in Evangelio Matth. XXVI, 53. vel illa *millies millia & centies centena millia,* quorum *ministrantium ad thronum* Majestatis, vel *coram antiquo dierum stantium* fortissimorum Angelorum in Daniele c. VII, 10. illustris memoria, vel illas *myriades myriadum, & chiliades chiliadum* *κκκ δόξαι* thronum majestatis stipantium, & præeuntibus *4. Animalibus, & 24. Senioribus* canticum novum *Agno Redemptori* accinentium Apoc. c. V, 11. Scilicet, prout Pater unus numero hypostatico est, prout *Filius* una numero persona est: ita & *Spiritus S.* numero *personali* unus est. Matth. XXIX, 19. sic ut *Pater, Filius, & Spiritus S.* non sunt nisi *trēs, s. tres personæ,* & adeo *Spiritus S.* unus ex illis *tribus,* qui tres essentiali numero *Unum sunt* i. Joh. V, 7. de quo adeo scriptura propriè locuta non loquitur, nisi ut de *UNO* s. *unâ persona,* non saltem asserendo *unum eundemq; Spiritum S.* respectu *Veteris & novi Testamenti,*

pro-

prout non alius Deus Veteris quàm N. Testamenti: sed citra talem re-  
 spectum oppositum temporum; in contradistinctione *charismatum*  
*vel donorum, ministeriorum & energematum* velut *variorum & distincto-*  
*rum*, cum tamen unus idemq; sit *Spiritus S.* idemq; Dominus & Deus  
*agens omnia in omnibus, sicut omnia illa agat* UNUS ILLE ET IDEM SPI-  
 RITUS *distribuens singulis sicut vult* conf. 1. Cor. XII, 3. 4. 5. 6. 8. 11. prout  
 & in *baptismo & Cœnæ Sacramento omnes per unum Spiritum baptiza-*  
*mur, & omnes in unum Spiritum potamur* vid. ibid. v. 13. & conferantur  
 pluscula pro illâ *unitate Spiritus S.* militantiâ argumenta Joh. XIV, 17.  
 26. c. XV, 26. c. XVI, 13. Act. I, 16. c. IV, 25. Eph. IV, 4. 5. 1. Tim. IV, 1. Atq;  
 panegyris Angelica non est una persona, nec hic Angelus, unus τῶν ἐπιτά,  
 ita est unus numero, ut nō sit ex classe τῶν ποικῶν Ἀγγέλων conf. Apoc. V,  
 11. sicut ut sub uno genere, distingvātur & *specie & numero*, sive ut sub  
 unâ *solâ specie* distingvantur essentiali personalive numero, (quod po-  
 sterior est ad fide conf. Pl. CIV, 4.) Neq; scriptura de Angelis loquitur  
 ut *de uno*: sed ut *de multis* conf. loc. all. Gen. c. III, 24. c. XIX, 2. c. XXXII,  
 1. 2. Pl. XCI, 11. E. hæc Spirituum congregatio non est SANCTUS ILLE  
 SPIRITUS absolutè & simpliciter UNUS. Ceterum non sic personato  
 AntiSociniano paradoxo Autori satisfactum. Habet quo veritati ob-  
 strepat. Si enim nec *Scriptura*, nec *Patrologia* refugit *Spiritum Sanctum*  
 utut toties expressum in singulari, *declarare per pluralem*, nec *Angelicorū*  
*Spirituum panegyris* s. *congregationem*, expressâ familiarissimè in plurali  
 declarare aliquando, salvâ Spirituum pluralitate, per numerum sin-  
 gularem. E. hic non magis perimit pluralitatē personalem in memo-  
 rato singulariter *S. Spiritu & Enallagam singularis pro plurali*, quàm  
 collectivè in tali *Angelo*. Sed E. Pro minore assertur, quoad *Spiritū S. votū*  
*Johannis Apocalypticum, pacis* sc. *& gratiæ* ἀπὸ τῶν ἐπιτά πνευμάτων s. à  
 VII. *Spiritibus* c. I, 4. (conf. c. III, 1. c. IV, 5. c. V, 6.) & illi VII. Spiritus con-  
 feruntur cum septem *stellis Angelis* c. I, 20. VII. *Angelis tubicinibus* c. IIX,  
 2. VII. *Angelis totidem phialarum excandescentiæ Dei fusoribus* c. XVI, 1.  
 nec minus illa, in eadem Apocalypsi, mentio SPIRITUUM *prophetarum*  
 ut sic ille à Petro in *singulari* expressus SPIRITUS *Prophetarum*, resoluat-  
 tur in *plures Sanctos Spiritus Prophetarum*, c. XXII, 6. quia &, mentio  
 SPIRITUUM *Prophetarum* in Paulo 1. Cor. XIV, 32. Urgetur *dispartitio &*  
*divisio*

*diviso S. Spiritus per tot individua, Num. XI, 17. 25. 2. Reg. II, 9. Act. XI, 17. 18. Hebr. II, 4. Joel. II, 28. 29. Tit III, 6. quæ nimis certum argumentum præstet Spiritum S. esse collectionem plurium Spirituum, quodq; non saltim non repugnet: sed & probari ex scripturis & antiquitate, priorum certè 3. seculorum, possit, Spiritus Angelicos, vocat sanctos Spiritus Psal. CIV, 5. Hebr. I, 13. Marci IIX, 38. Luc. IX, 26. Minorem eandem quoad Angelos ex Pf. XXXIV, 7. ex mentione Satanae, Diaboli, serpentis antiqui, Draconis magni, Diaboli & Satanae Apoc. c. XII, 9. Luc. XI, 18. & Spiritus illius immundi, qui duplicato articulo nominetur in singulari τὸ πνεῦμα τὸ ἀκάθαρτον, cum tamen fuerit in obfesso plena Demonum legio Marci V, 8. 9. 10. locuta licet in singulari, conf. & ibi & Luc. IIX, 30. 31. unde nil obftet etiam per τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον intelligi posse totam Universitatem s. multitudinem Spirituum. Et hi primarii arietes sunt, qui expugnando primo nostro ex Apocalypsi inscriptâ deducto admoventur argumento: sed sine ictu lethifero, ut in illis morsum serpentis antiqui, Spiritus seductionis I. Joh. IV, 6. nulli magis, quàm SPIRITUI Sancto, Spiritui veritatis, Joh. XIV, 17. Spiritui gratia & precum Sach. XII, 10. Spiritui fidei & vitæ 2. Cor. IV, 13. Rom. IIX, 2. (cujus & per universum, & per Ecclesiam singulosve & renascituros, & jam renatos, ac sic fideles, & horum corpora æqvè ac mentes & voluntates, illas illuminādo, & ad assensum veritatis inclinādo, ne fanaticis opinionibus vel Diabolicis furoribus, impleantur, utraq; & flectendo, & gubernando, sese diffundunt, tenebrarum regno infestæ invisæq; energiæ) inimici, legere liceat, quæq; in hæreticis notavit Tertullianus l. de præscript. adulteria scripturarum & oppositiones mendaciorum, vel prout idem loquitur, adulterum sensum, & corruptorem stylum. Quia enim, magnificè & salubriter Spiritus S. ita modificavit scripturas, ut locis apertioribus fami occurreret, obscurioribus autem fastidium detergeret, nihil autem de illis obscuritatibus eruatur, quod non alibi planissimè dictum reperiat Aug. l. 2. de doct. Chr. illi cum deberent quæq; aperta & manifesta deligere, quæ si in scripturis sanctis non invenirentur, nullo modo esset, unde aperirentur clausa & illustrarentur obscura Aug. l. un. de un. Eccl. c. 5.) non ex manifestis aperiunt clausa & illustrent obscura: sed ex obscuris vel propter exercendas mentes rationales figuratè atq; obscurè positis obscurant in clarissimâ luce posita. Veniamus in rem præsentem. In loco Apocalypseos c. I, 4. mentio quidè*

ἰστορίαι



ἐπὶ τὰ πνευμάτων: sed sine addito ἀγίων, ut adeo nec hic memorentur VII. Spiritus Sancti, etsi non tantum nil obstat, quin illo nomine μετανομι-  
 κῶς & pro ratione styli & septenarij mystici Apocalyptici, habito respec-  
 tu ad Spirit. S. per charismata varia, VII. illis Ecclesiis distributa, intelli-  
 gatur Unus ille idemq; Sanctus Spiritus: sed & longè graviora in con-  
 spicuo, Lectori conscientioso sint argumenta, quibus illud affirmetur,  
 quàm quibus in dubium vocetur. Nec numerum pluralem apud He-  
 bræos pluralitatis semper esse, sed & aliquando excellentissima singula-  
 ritatis, notum. Et quid mirum, singularis phraseologiae quic-  
 quam etiam circa Spiritum S. occurrere in Apocalypsi, libro figuris  
 mysteriorūq; umbraculis præ ceteris opaco? Et tamen deinceps in sin-  
 gulis Ecclesiis loquitur τὸ πνεῦμα, conf. c. II, 7. 11. 17. 29. c. III, 6. 13. 22. Ab-  
 surdum autem VII. Spiritus confundi cum VII. stellis, cum VII. tubici-  
 nibus & phialarum effundendarum Angelis, cum VII. illi ἀστέρες vel  
 stellæ apertè nominentur VII. Ecclesiarum Angeli s. Doctores vel Epi-  
 scopi, quorū sive robusta fides & confessionis constantia planè lauda-  
 tur, e. c. Smyrnaei c. II. à v. 8. ad 12. & Philadelphiensis c. III. à v. 7. ad 14. sive  
 ex parte majori laudatur, prout Ephesini c. II. à v. 1. ad 8. Pergameni à v.  
 12. ad v. 18. Thyatireni c. II. à v. 18. ad usq; f. sive ex parte majori vel omni-  
 culpatur, prout Sardensis c. II. ad usq; v. 7. & Laodicensi à v. 14. ad usq; fin.  
 cap. VII. autem illi Tubicines & phialarum effusores ubiq; VII. Angeli ap-  
 pellentur, non VII. Spiritus, & reducantur ad illos Angelos, qui in ap-  
 paratu Throni Majestatis contradistingvuntur VII. Spiritibus, & ado-  
 rant agnum, quod non prædicatur de 7. Spiritibus conf. c. IV, 5. Absur-  
 dum conciliare velle Interpretes VII. Spirituū, qui de Angelis, cum il-  
 lis qui de Spiritu S. intellexerunt, cum illi negarint intelligendū Spir. S.  
 hi, VII. Angelos. In Apoc. XXII, 6. autē licet quidā Codices habeant: κύ-  
 ριος ὁ θεὸς τῶν πνευμάτων ὡς Φητῶν & plures tamen & antiquiores habent  
 τῶν ἀγίων ὡς Φητῶν, quomodo & Andr. Casareensis legit, etsi ejus inter-  
 pres Peltanus Vulgatam secutus reddidit: Dominus Deus Spirituum,  
 Prophetarum, sive ut intelligantur Angeli, velut πνεύματα λειτουργικὰ mi-  
 nistrantes Prophetis, prout Angelus Johanni conf. c. I, 1. & ibidē XXII,  
 6. sive dona Prophetica à Christo Domino Deo Angelis internūciis &  
 Prophetis communicata: sed & in loco 1. Cor. XIV, 32. per πνεύματα

*Deo Spiritus non intelligi ipsam Personam S. Spiritus, & predicatum, & textus evidenter evincit, conf. quoq; Hebr. XII, 9. Quisq; est Deus omnium Spirituum, ille quoq; Deus est Spirituum Prophetarum sc. & Spiritus, quo homines sunt, & Spiritus donorum, quibus Prophetæ sunt. Distributio autem omnis illa & divisio e. c. Spiritus Moysi in LXX. Presbyteros, Elia in Eliseum ceterosq; Discipulos ad dona propriè pertinet, etsi uni personæ & Spiritui immenso, salvâ indivisibilitate, non repugnat magis, sese substantialiter, quàm effectivè pluribus communicare, ut adeò ineptè ex illâ distributione inferatur ad plures Sanctos Spiritus. Graviter sec. III. Cypr. ferm. de S. Spir: Moysi olim jussum est, ut in Viros LXX. de Spiritu suo partiretur, quibus cum imposuisset Moyses manus, requievit in eis Spiritus S. qui non Moysi ablatus est quasi ipse sine Spiritu remaneret, vel idem Spiritus secaretur in partes: sed secundum mensuram donationis divinæ, quæ erat in Moise, gratia singularis facta est multiplex & communis & data est multis in eo potestas, quod prius soli Moysi disponebat autoritas. Sic Helia Spiritum duplicem recepit Helisæus, non quod in duas substantias idè Spiritus sit divisus, & Duos Prophetæ SANCTOS habueris SPIRITUS: sed quod populo Christiano, cujus typum Helisæus gerebat data sit potestas in opere & sermone & c. Spiritus Angelicos uspiam in scripturâ appellari Spiritum S. vel in plurali Spiritus Sanctos, non sine paralogismo petitionis principii & compositionis dicitur. Quod si de Deo Patre & Filio non valet illatio: Pater & Spiritus est (quia Deus est Spiritus Joh. IV, 24.) & Sanctus Jos. XXIV, 19. E. Pater est Spiritus S. (Eadem ratio Filii) quantum minus ferendum sic inferri: Angeli appellantur & sunt Spiritus Pf. CIV, 5. iidem (boni Angeli) appellantur alibi Sancti e. c. Marci IIX, 38. Luc. IX, 26. E. Angeli appellantur & sunt Sanctus Spiritus, & adeo S. Spiritus non est una persona: sed plures sc. congregatio omnium Spirituum Angelicorum, & sic dantur innumerabiles Spiritus Sancti. Falsum uspiam in scripturis, Spiritum S. denotare individuum vagum. Quæ pro Spiritu S. quod in Sacris & veterum scriptis veniat nomine Spirituum Sanctorum cumulatissimè allegantur ex patribus, sive aliena sunt, sive mutilatè & sublestâ fide citata, sive ex allegorumenis & Hypobolimaïs ac supposititiis hausta, sive malè explicata & applicata, sive prava illatione detorta, qualia quæ ex Orig. contra Celsum allata. Licet enim alicubi*

anc dei appellat in singulos spiritus sanctos, tamen aperte a SPIRITU  
S. velut creaturas à Creatore, Ministros à Domino distinxerunt. Ex-  
pressè alibi Origenes l. 9. in c. 8. ad Rom. *Est inquit, Spiritus Dei, qui & idè  
est Spiritus Christi, idemq; & SPIRITUS SANCTUS est. Sed & idem Spiritus  
ille adoptionis Rom. II. de quo EODEM dicit David, SPIRITUM S. tuum  
ne auferas à me, quem Spiritum S. principalem (Spiritu principali confirma-  
me!) propterea arbitrò nominatum, ut ostenderet esse quidem multos Spiritus:  
sed in his principatum & dominationem tenere SPIRITUM S. qui inde  
principalis appellatur. Sicut enim multi sunt Filij Dei, ut Scriptura dicit:  
Ego dixi Divites, & filij excelsi omnes, UNUS tamen est NATURA FILIUS  
& UNIGENITUS de Patre, per quem omnes Filij appellantur: ita & Spiritus  
quidem sunt multi: sed UNUS est, qui verè ex ipso Deo procedit, & ceteris  
omnibus vocabuli ac sanctificationis sue gratiam donat. Plures sc. sunt SPI-  
RITUS MINISTERIALES, quod declarat Apostolus Hebr. I, ult. & David  
dicens: Qui facit ANGELOS suos SPIRITUS &c. Idem paulò post l. al-  
leg. ad c. 8, 23. non per modum decidentis: sed interrogantis propo-  
nit illud: Quid ergo, sicut primitia areæ, & primitia torcularis ejusdè  
liquoris est, cujus torcular, itane videbitur, & quod dicitur primitia Spiritus,  
ex MULTIS reliquis SPIRITIBUS SANCTIS & beatis unus aliquis esse  
præcipuus? Respondet nunc duplici modo, sc. primo distingvendo in-  
ter SPIRITUS MINISTERIALES qui multi sunt, allegato loco in Ep. ad  
Hebr. c. I, ult. & SPIRITUM adoptionis, ac hujus primitias, per quem scil.  
adoptatus aliquis in Filium possit primitivorum Ecclesie, quæ in cælis est so-  
ciari. Multum autè differre, à ministerialibus Spiritibus SPIRITUM SAN-  
CTUM, cujus primitias Paulus cum sui similibus habere se dicit. Respondet  
secundò: Apud Apostolum Paulum diversa DONA vel charismata S. SPI-  
RITUS sæpe MULTOS SPIRITUS nominari allegato loco i. Cor. XIV, 32.  
quorum omnium donorum quicquid est summum & magnum sine dubio con-  
secuti sint Apostoli, atq; sic primitias Spiritus, ut idonei essent Ministri N. T.  
&c. Apparet non sine manifesto crimine falsi Origeni dogma imputari,  
per SPIRITUM S. intelligi congregationem omnium Spirituû Angelicorû,  
& hoc sensu agnitos Origeni multos Spiritus Sanctos. Eadè ratio  
ex sec. III. Cypriani, qui constanter ep. 70. ad Jan. & 74. ad Pomp. itè  
l. de S. UNUS, inquit, SPIRITUS SANCTUS est à Patre & Filio procedens  
qui*

& Filio procedens, qui ab ipso mundi initio aquis legitur superfusus, cujus sempiterna virtus & divinitas, cum in propria natura ab antiquis philosophis investigari non posset, subtilissimis conjecturis intuitos hos compositionem mundi, idisse inde in ANIMAM mundi, cujus virtute omnia moveantur & regantur. Illum SPIRITUM & DOMINUM & Creatorem, & vivificantem & nutritorem credendum, cujus tanta rei majestas abscondita sit à sapientibus & prudentibus (illis inquisitoribus mundi, antiquis Philosophis) Hic, inquit, SPIRITUS. S. IN SE SINGULARITER MANENS, de plenitudine sua distributor magnificus, proprias efficientias singulis dividit & largitur, & quasi sol omnia calefaciens subiecta, omnia nutrit, & de inexhausta abundantia absq; ulla sui diminutione integritatem suam, quod satis est & sufficit, omnibus commodat & impertit. Hic est SPIRITUS S. à magis in Ægypto DIGITUS Dei appellatus. Hoc digito Lex primum conscripta. Ibidem Cyprianus, mysterium septenarij, in scripturis saepe sacramentales causas complectentis ejusdemq; excellentiam in eo collocat, quod ternario & quaternario constans ille, altero Trinitatem, Patrem, Filium, & Spiritum S. altero autem s. quaternario, 4. Elementa, quæ rerum omnium causæ sint & semina, atq; sic CREATOREM & creaturam exprimat. Cyprianus adeo SPIRITUM S. æqvè non nisi unam personam divinam, & Creatorem agnovit, ac Patrem & Filium, ut hi tres in septenario constituerent solum ternarium, sic ut quibus seculis suo paradoxo nidulos quærit Autor paradoxo, illis, per primarios scriptores apertè excludatur, & non in Catholicis saltem: sed & hæreticis nullus illi locus reperitur. Quod ad alterum autem Minoris membrum attinet, multiplex committitur paralogismus comparatorum vel oppositorum. Posito enim, vocabulum מלאך vel Angelialicubi in singulari collectivè supponere pro plurali, etsi ut id concedatur, nec locus urget Ps. XXXIV, 7. qui commodè explicatur ex Exod. XXIII, 20. 23. nedum Is. LXIII, 9. quia ille Angelus faciei DOMINI non est ex classe אַנְגֵלוֹס Angelorum s. Spirituum illorum Creatorum: sed federis Angelus, neq; idē cum S. Spiritu ab Israhelitis, exacerbato, & his rebellibus in hostem converso, quia ab hoc apertissimè distingvitur, velut qui ipsius יהוה & Angeli faciei יהוה, Spiritus S. est, positus in medio

*Isrealis, qui quiete deduxit Israelem* vid. *ibid.* v. 10. 11. 14. in quibus  
adeo falsæ sunt hypotheses Paradoxi, nec sive locus *Exod.* XII, 23.  
conjunctus cum *Hebr.* c. XI, 28. sive *2. Reg.* XIX, 35. conjunctus cum  
*If. XXXVII*, 36. necessariò plures requirit Angelos, & adeo Enallagen  
numeri in מלאך & משרות. Cædes quippe illa 185000. *Assyriorum* nò  
memoratur uno momento: sed unâ nocte facta: primogenitorum au-  
tem omnium *Egypti*, etsi circa *mediam noctem* inchoata, tamen  
non necessariò uno puncto, unave horâ est absoluta: sufficit quod  
inde à medio noctis cœperit *conf.* *Exod.* XII, 12. cum 23. ut ta-  
men *ad transitum illum DOMINI*, in unam domum Angelum per-  
cussorem *שחית* ingredi sinentis, in alteram, sanguine Agni ru-  
bricatam ingredi prohibentis, non necessariò requiratur quinqveho-  
rium, quæ illatio: Angeli vocabulum εἰδωλός acceptum in singulari  
supponit pluraliter quia sc. de fide certū est, dari Angelorum chilia-  
des chiliadum & myriades myriadum. E. & τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον in singu-  
lari collectivè accipiendū pro panegyri innumerabiliū Spirituum  
sanctorū. Annon invertendū potius, quia in scripturis nò memo-  
ratur nisi UNUS IDEMQ; SPIRITUS S. nusquam plures, nedum in-  
numerabiles Sancti Spiritus? Par ratio illationis, ab oppositis voca-  
bulis *Satanae, Draconis, serpentis antiqui, Disboli, Spiritus immundi,*  
etiam cum duplicato articulo, quibus in singulari, collectio omnium  
*Dæmonum* significetur. E. & vocabulo *Spiritus S.* tota collectio *Spiri-  
tuum mundorum vel sanctorum.* Præterquam enim, quod nihil ob-  
stet, in 4. prioribus intelligere Unum singularem *Principem Dæmo-  
nionem*, ceteris Dæmonibus, prout *Draco* Angelis contradistinctum,  
& in obfesso illo τὸ πνεῦμα τὸ ἀκάθαρτον singularis aliquis Dæmō in-  
telligi possit, sc. illius legionis *Dæmonum Ductor*, qui diverso respectu  
nunc suo velut principis turmæ *Ductoris*, nunc totius Legionis nomi-  
ne, & inde nunc in singulari, nunc in plurali sit loqvutus, quid in-  
de ad Enallagen numeri fabricandā in vocabulo τοῦ πνεύματος τοῦ  
ἁγίου, & multiplicandum Spiritum S. ? Ita sc. jam supponitur quod  
est ipsum κρινομένον sc. Spiritum S. esse congregationem Angelorū *San-  
ctorum*, inter quos certè & malos Angelos vel Spiritus immundos, talis  
datur oppositio, qualis inter *Michaelem & Draconē*, & utriusq; Ange-  
los,

los Apoc. XII, 7. Et positâ tali oppositione inter *Spiritum immundum*  
 & *Spiritum S.* an à pluralitate in oppositorum uno, ad pluralitatem  
 in oppositorum altero f. citra Enallagen f. mediante hâc, valet illa-  
 tio? An qvia Diabolus etiam DEO opponitur, Polytheismus intro-  
 ducendus fuerit? An qvia *Antichristus homo ille peccati*, non est unus  
 singularis: sed plures personæ conf. 2. Theff. II, 3. 4. 8. & qvia in scri-  
 pturis mentio *Pseudochristorum* Matth. 24, 24. *Antichristorum*, nunc in  
 singulari, nunc in plurali 1. Joh. II, 18. etiam in opposito dandi plu-  
 res veri Messia, vel CHRISTI? An qvia Anti-Christi vox aliquando  
 designat individuum vagum 1. Joh. II, 22. etiam oppositū CHRISTI  
 vocabulum designabit individuum Christi, vel Messiam vagum?  
 An qvia Joh. V, 42. ille ἄλλος *veniens in nomine proprio* non notat  
 unum solum: sed plures, etiam in opposito dandi plures Filii, aut,  
 qvia ille qvi dicit: *Ego veni in nomine Patris mei est una singularis*  
*persona*, etiam ille oppositus *alius veniens in nomine proprio est una*  
*singularis persona*? An qvia Joh. X, 11. ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς est *una singula-*  
*ris persona*, etiam talis erit ὁ μισθωτὸς, & adeo unus solus vel singula-  
 ris quoq; dabitur *Mercenarius*, prout unus singularis *Pastor bonus*?  
 Si plures possunt opponi uni soli, in numero plurali (qvomodo uni  
 Christo opponuntur illi *fures & latrones* Joh. X, 8. (quare nō uni soli  
 opponi possunt plures in numero singulari? qvomodo uni Christo,  
*Fur* velut individuum vagum Joh. X, 10. Ab his ergo nugis & Enal-  
 lagis Paradoxi avocat nos Angelus Orator ad considerationem ar-  
 gumenti novi, ejusdemq; secundi: sc. *Spiritus S. nec Prophetarū*, (e. c.  
 Johannis) nec aliorum *credentium, testimonium JESU in se habentū*,  
*est Conservus*. Angelus hic Apocalypticus (eadem ratio aliorū An-  
 gelorum) *Prophetarum & aliorum credentū est Conservus*. E. nec hic  
*Angelus, nec tota congregatio Angelorum est spiritus s.* Major ex uni-  
 versâ constat scripturâ, in qvâ nuspiam *Spiritus s.* dicitur vel descri-  
 bitur ut *Dei servus*, noster autē *Conservus*, sed ut *Creator* Hiob. XXVI,  
 13. Pf. XXXIII, 6. ut *regenerator* Ezech. XXXVI, 27. c. XXXVII, 14. Zach.  
 XII, 10. ut *Prophetarum supremus inspirator*, & *per hos Orator* 2. Sam.  
 XXIII, 2. 3. 2. Pet. I, 21. Act. I, 16. à quo Christus ut homo *formatus*, sine  
 mensurâ *inungitur, mittitur, ducitur, impletur* Luc. I, 35. Joh. III, 34. If.

LXI, 1.

LXI, I. II. XLIX, 10. Marci I, 12. Luc. I, 14. 18. Ecclesia ducitur, docetur,  
 autoritate divinâ gubernatur II, LXIII, II. 14. Marci XIII, II. Act. XIII,  
 2. (ubi, unus ille *S. spiritus*, etsi propter ὁμοούσιον & ordinem hypo-  
 staticum non à semetipso loquitur: sed quacunq; à Patre audit, & à  
 Filio accipit, loquitur Joh. XVI, 13. 15. tamen ut una singularis persona  
 in primâ personâ loquitur! *segregate mihi Barnabam & Saulem ad  
 opus ad quod evocavi eos*) Minor ex confessione, & quoad extensio-  
 nem universalem, ex illatione Angeli, propterea à Johanne adora-  
 ri nolentis, quod cum ipse non sit Deus, cui soli religiosa *Dulia*  
 debetur: sed æqvè *servus Dei*, & adeo conservo Johannis, à *Conservo*  
 Johanne non sit adorandus, in qua ratione nullus Sanctoꝝ Ange-  
 lorum, cujuscunq; etsi supremi ordinis seipsum excipere confirma-  
 tus possit, sive, si posset, magis velit, quàm Palatio cœlesti, & civita-  
 te Angelicâ gloriosâ excidere. Quin si Angelus hic ex inferioribus  
 fuisse qui sint Conservi, quales non sint superiores illi, qui proinde  
 intelligi possint per *Spiritum S.* in majore, asseratur, utrovis modo  
 explices, manet contradictio. Sive enim illi inferiores, quia *conser-  
 vi sunt*, Spiritus Sanctoꝝ nō sunt: sed tales, *soli superiores*, contradice-  
 retur hâc ratione paradoxo, & sic: *tota congregatio S. Angelorum esset  
 Spiritus S. &: Non tota congregatio S. Angelorum esset Spiritus S.* sive  
 si illi non obstante quod sint *Conservi*, nihilominus unâ cum illis  
 superioribus sint *Sanctus Spiritus*, verâ fuerint hæ contradictoriâ:  
*Quicunq; est τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον* f. SPIRITUS S. ille non est *conser-  
 vus*, &: *Quidam qui est Spiritus S. est conservus*. Et unde proba-  
 tur, hunc Angelum, cujus majestas sic oculus animumq; Jo-  
 hannis perstringebat, ut insigni deliquio *adorationem*, lapsabundus,  
 jam pararet, ex *superioribus Ordinibus* non fuisse, cum & *Seraphini*  
 mittantur Jes. VI, 6. & *Cherubini* Gen. III, 21. & *Archangelus Michael*  
 Dan. X, ult. Jud. v. 9. & quò nihil notius, *Gabriel* Dan. IX, 21. Luc. I,  
 19. 26. Sed vocat ex eodem Oratore Angelo argumentum tertium,  
 tale: Spiritus S. est *adorandus*. N. ἰδιώτῃς Angelus, sive in individuo,  
 sive specie f. *totâ congregatione* consideratus est *adorandus*. E. N.  
 Angelus f. sub ratione individui f. totius speciei consideratus est  
 Spiritus S. f. τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. Conjungimus ex eodem responso  
 An-

Angelico quartum: *spiritus s.* est (nec *ἐξουσία* saltem: sed & *ουσία* s. naturâ) *verus Deus*. Angelus sive numericè sive specificè consideratus non est Deus. E. & adeo falsum, quod *tota congregatio Spirituum Angelicorum* sit *τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον* s. *spiritus S.* & sic innumerabiles *spiritus sancti*, qui constituent illum, qui in singulari numero appellatur SPIRITUS SANCTUS. Minor utriusq; ex responso constat Angelico, in quo Angelus, ex ratione ad omnes Angelorum ordines pertinente, & negat se *adorandum*, & propterea negat, quia solum Deum affirmat *adorandum*, se autem non Deum: sed *Dei servum*, cui æqvè ac omnibus Angelorum myriadibus Apoc. V, 11. 12. *adorare* conveniat, non *adorari*. Major ex attributo Spiritui S. absolute & simpliciter DEI (Act. V, 3. 4. 9. 1. Cor. III, 16. c. VI, 19.) imò ipsius יהוה Num. XII, 6. *Benedicti Domini Dei Israelis* 2. Sam. XXIII, 2. 3. Luc. I, 68. 70. Act. I, 16. 2. Pet. I, 21. 2. Tim. III, 16. nomine, & ceteris solius summi Dei attributis (quæ inter *majestas adorationis*) ex formula Baptismali, juxta quam & *credimus* & *glorificamus*, ex ipsâ praxi *adorationis* vel *glorificationis* Jesaia. VI, 3. 8. 9. sed & succedat ex eodem oraculo Angelico quintum: *Qui* apertissimè distinguuntur à SPIRITU S. & quidem alicubi *ut adorantes ab adorando, creature à Creatore, Ministri à Domino, fin. te scientiæ Spiritus ab omniscio & immenso* non sunt ipse SPIRITUS S. Atq; Angeli & c. E. Majorè nisi superioribus contradictoriis involvatur paradoxū, sc. *totam, & non totam collectionē Angelorū esse SPIRITUM SANCTUM*, negare haut licebit. Minor constat ex collectione locorū (1) Ps. XXXIII, 6. SPIRITU oris DOMINI factus est omnis *Exercitus cæli*, & adeo ipsi quoq; *Angeli* conf. Luc. II, 13. qui proinde velut *Filij Dei & illa stella matutina*, in illis ipsis primordiis, & ante multorum Apostasiam, *omnes simul celebrarunt SPIRITUM Sanctum*, velut *Condiporem* Job. XXXVIII, 7. (2) Jes. VI, 3. 8. 9. Ipsi *Seraphini* (juxta quosdam *Veteres Thronis superiores*) *velat à ad gloriam facie*, glorificant & adorant non solum Deum *Patrem & Filium* Joh. XII, 41. sed & *Spiritum S.* Act. XXII, 25. Ps. CIII, 20. 21. Ita (3) *Angelus Domini* Josepho acclamat, *Ne metueret accipere Mariam, quia quod in illâ genitum, sit EX SPIRITU S.* Matth. I, 20. Ita (4) *Gabriel Angelus Domini*



mini apud Sachariam Orator Luc. I, II. 15. nec minùs apud Mariam  
 θεοτόκον futuram, à Spiritu S. qvo *implendus in utero* Johannes, & ex  
 qvo *superveniente cõceptura* sit Maria conf. v. 26, 35. nec minùs tota  
*militia cœlestis exercitus* canens gloriam Deo ἐν ὑψίστοις, apertissimè  
 sese distingvit conf. Luc. I, 6. 7. c. II, 10. 13. 20. 25. 26. 27. Ita (5) Spiritus  
 S. *descendit super Jesum in baptismo*, & baptizatum *deducit in desertũ*,  
 tentatore *Diabolo* recedente, Sancti *Angeli* sunt πρῶτοι δόντες καὶ  
 διακονοῦντες s. *accedunt & ministrant* Matth. III, 16. c. IV, II. Marci I, 12.  
 13. Luc. IV, 1. 14. *contradistincti* sanè SPIRITUI Sancto, in unius co-  
 lumbæ Symbolo super Christũ *descendenti*: Ita (6) Judæi, qvi *acce-*  
*perunt legem inter ordinatas turmas Angelorũ*, semper resistere dicũ-  
 tur SPIRITUI sancto Act. VII, 51. 53. Ita (7) ut nihil dicamus de historiã  
*Dynasta* c. IIX. (in qvã *distinctè* memoratur *Angelus Domini* v. 26. &  
 τὸ πνεῦμα v. 29. vel πνεῦμα κινήσει v. 39. & τὸ πνεῦμα, æqvè ac πνεῦμα κιν-  
 ῆσει de ipso intelligere licet SPIRITU S. conf. Matth. IV, 1. Eph. V,  
 9. Luc. IV, 18.) Act. X. *distincta mentio Angeli Domini*, Oratoris apud  
 Corneliũ v. 3. 7. & SPIRITUS Sancti v. 19. 20. qvo *inuncto fuerit Jesus*  
 v. 38. qvi *lapsus sit in omnes audientes hunc sermonẽ* v. 44. sic ut ipsi etiã  
 ante baptismũ *acceperint non tantũ donũ S. Spiritus* v. 45. sed &  
*Spiritũ sanctũ* v. 47. c. XI, 12. 13. 15. Ita (8) Rom. IIX. Spiritus CHRISTI  
 idemq; *Patris resuscitãtis Christũ*, *vivificans, credentes inhabitans*, Spi-  
 ritu adoptionis, qvi *contestatur Spiritui nostro qvòd simus Filij Dei*,  
 qvi *sublevat infirmitates nostras*, & *gemitib9 inenarrabilib9*, secundũ  
 Deum, *intercedit pro sanctis*, semper velut unus singularis SPIRITUS  
 describitur v. 9. 11. 14. 15. 16. 23. 26. 27. & ANGELIS imò & *principatib9*  
*Epotestatib9* velut ad classẽ *creaturæ* pertinẽtib9 *contradistingvitur*  
 v. 38. Ita (9) Spiritus ille *promissionis sanctus*, *spiritus sapientiæ & reve-*  
*lationis*, *contradistingvitur supereminenter omni principatui, po-*  
*testati, potentiæ & dominationi Angelicæ* Eph. I, 13. 17. 21. Ita (10) in Epist.  
 ad Hebr. *Angeli Christo ut homine usq;* adeo non excellentiores, ut  
 etiam hunc *omnes adorent*, *contradistingvuntur ubiq;* Spiritui san-  
 cto ut *creaturæ Creatori*, & *ministri Domino* conf. c. I, 4. 5. 7. 10. 13.  
 14. (ubi *quinqvies Angelorum mentio*) cum c. II, 4. c. III, 7. 9. 10. c. X,  
 15. 29. ubi *distincta mentio S. S.* Ita (11) *Spiritus Christi existens in*

Pro-

*Prophetis, & his declarans rationarium temporis passionum & gloriosa exaltationis Jesu contradistingvitur Angelis cupientibus ea introspicere, quæ per SPIRITUM SANCTUM è caelo emissum evangelizantur ab Apostolis* 1. Pet. I, 11. 12. & *Angeli, potestates, ac virtutes, Christo subiecti, illi gloria & illi Dei spiritui, super Christum & Christianos requiescenti cõf.* 1. Pet. III, 22. c. IV, 14. (II. XI, 21. Joh. III, 34. Luc. IV, 18. Matth. XII, 18.) Ita (12) in præconio Evangelico non tam *Apostoli loquuntur & testantur de Jesu, quàm SPIRITUS SANCTUS per Apostolos, prout olim per Prophetas* Matt. X, 20. Marci XIII, 11. (Marci XII, 36. 2. Pet. I, 21.) quoniam etiã per *Angelos, quos ille spiritus Prophetia, qui est testimonium de Jesu peculiariter facit nobis conservos* Apoc. c. XIX, 10. c. XXII, 6. 9. Ita (13) *spiritus non tantum appellatur spiritus Domini: sed & SPIRITUS DOMINUS* 2. Cor. III, 17. 18. Contra *Angeli sancti* Marci II, 38. Act. X, 22. sunt *spiritus λειτουργικοι, διακονικοι, adorantes Christum etiã ut hominẽ, & adedò ipsum quoq; Spiritũ S. Christo ut homine majorem* Act. I, ult. II. VI, 3. Ita (14) *Angelus Domini Jesu* (Apoc. c. XXII, 6. & 16.) cõtradistingvitur & SPIRITUI (S. conf. Rom. II, 26.) & *sponsæ* (suspiriis inenarrabilibus operante Spiritu S.) intonanti illud: *Veni Domine Jesu* Apoc. (XIV, 13.) XXII, 17. 20. Addantur his sequentia I. *Spiritus S. nusquam inter creaturas excitatur ad laudem Dei. Angeli, inter creaturas, vel ut creaturæ, excitantur. E. Angeli non sunt Spiritus S. Major ex inductione. Minor ex Pf. CIII, 20. adusq; f. Pf. CXLIX, 2. & seq. II. Angeli ut facti contradistingvuntur spiritui ut Conditori* Pf. CIV, 4. 30. E. nõ sunt ille Spiritus. III. *Spiritus S. scit omnia quæ sunt in Deo, & ipsas profunditates Dei* 1. Cor. II, 10. 11. Angeli nõ sciunt omnia, nec profunditates Dei Eph. III, 10. 1. Pet. I, 12. Marci XIII, 32. Matth. XXIV, 36. (ut absurdè Paradoxi Autor illam exclusivã, quæ ad creaturas, ipsamq; humanã Christi uaturã ex naturali suo actu & ex inationis statu consideratã refertur, simpliciter ad Filiũ & Spiritũ S. extendat, & hũc in Angelis intelligat) IV. *Spiritus S. est ille per quẽ abluimur, justificamur, sanctificamur & velut ejus templũ inhabitamur* 1. Cor. VI, 11. & 1. Cor. III, 16. c. VI, 19. Angeli non sunt & c. E. non sunt Spiritus S. V. *Spiritus S. gubernat Ecclesiam ut Deus absolutus.* Act. c. XX, 28. c. XVI, 6. 7. 1. Cor. XII, 11. Angeli non, conf. Apoc. I, 1. c. XXII, 7. Sach.

7. Sach. II, 3. 4. VI. Spiritus S. est is, *qvo Christus sine mensurâ est unctus* Pl. XLV, 8. If. LXI, 1. Angeli non sunt, nec per naturâ talem immensorum donorû unctiōnē præstare possunt. E. non sunt Spiritus S. VII. Spiritus S. est is, in quem commissum peccatû s. *blasphemia est irremissibilis & adeo major, quàm commissa in Filium hominis,* Marci III, 29. Matth. XII, 31. Luc. XII, 10. Angeli tales nō sunt. E. IIX. Spiritus S. est is *cujus virtute Jesu fecit miracula, ejecit Dæmonia &c.* Matth. XII, 28. Hebr. II, 3. 4. Angeli nō. E. Sed contra Paradoxi Autor insultat argumento: *Si Patri & Filio subnectuntur Angeli, omisso Spiritu S. in locis in quibus minimè conveniens erat omitti. E. Spiritus S. intelligendus in Angelis.* Sed E. Ceterum nō V. C. *Spiritus S.* non distinctè exprimitur: sed hæc ratione *omittitur.* E. vel excluditur, vel nonnisi in *Angelis* intelligitur. Datur quippe certium, Si enim ubi in pari convenientiâ, nō apponuntur Angeli, non excluditur, e. c. 1. Tim. vi, 17. E. etiâ ubi apponuntur, prout 1. Tim. v, 21. in his nō intelligitur: sed pro ratione *ἀποουσίας*, dū Pater & Filius nominatur, simul Spiritus S. qui Patris & Filij Spiritus est, intelligitur, prout, ubi e. c. in obtestationibus, exprimitur sive *solus Pater* Rom. I, 9. 1. Cor. xi, 31. Phil. I, 8. sive *solus Christus* 1. Thess. v, 27. 1. Cor. xvi, 22. sive *Filius & Spiritus S.* prout Rom. ix, 1. Rom. xv, 30. (conf. qvoq; 1. Cor. vi, 11.) sive *solus Spiritus S.* Act. xx, 23. in I. nō excluditur *Filius & Spiritus S.* in II. nō *Pater & Spiritus S.* in III. nō *Pater*, in IV. nō *Pater & Filius*, ac prout nō rigorosè ubiq; observatur ipse ordo Trinitatis hypostaticus (qualis Matth. xxix, 19. 1. Joh. v, 7.) sed aliquando *Christus ante Patrem* 2. Cor. xiii, 17. Joh. x, 30. *Spiritus S. ante Filium* Eph. III, 16. 17. memoratur: ita nec ubiq; *ternarij* exprimitur, & tamen *sub personâ* sive *unâ*, sive *geminâ*, quia *hi tres unū sunt, persona non expressa simul intelligitur*, non autē in appposito alicubi demū requiritur, velut à quo *ad intellectiōnem non expressa* in appposito, e. c. *Spiritus S. in Angelis* non V. C. magis, quàm ubi *Deo verbo* apponitur sive *Moses* Num. XXI, 5. sive *Isaël* Jhos. XXII, 25. sive *Saul* 1. Sam. XII, 7. sive *anima Eliæ* 2. Reg. II, 2. 4. 6. sive *Clangor regius* Num. XXIII, 25. sive *Sermo gratiæ* Act. XX, 32. Et quæ consequentia: *Venturus est Filius hominis in gloriâ Patris cū omnibus sanctis Angelis* Marc. IIX, 38. E. in his intelligendus *S. Spiritus*? An ergo quando sine expressâ mentione *Patris* venturus dicitur *Filius hominis in gloriâ suâ & omnes sancti Angeli cum eo* Matth. XXV, 31. in *Angelis* Pater æque ac Spiritus S. intelligendus fuerit? Et ubi hic, inq; aliis *obtestationū* exemplis allegatis, illa ab Autore præscripta *S. Spiritui* convenientiâ lex de *distinctâ* expressione *Patris Filij & Spiritus S.* vel personæ non expressæ intellectiōne in *Angelis*, ubi sæpe unius saltē personæ divinæ & nulla *Angelorū* mentio? Unde autē, per *civitatē cœlestē & novâ Hierusalē* intelligendū *S. Spiritū*? Contrariū ex Apoc. c. xxi, 9. 10. c. xxii, 1. 7. constat. Nihil ergo loca Hebr. XXII, 21. & seq. Apoc. III, 12. Autorē jvant. Ceterum primariis his paradoxis excussis, monet novissimè Orator Angelus, ut cum aliis, eum in hoc solemnî, citra damnatam Apostolo *θρησκείαν Ἀγγέλων* Coloss. II, 18. ipsum *Conditorē thronorum S. Spiritum, Angelorum choris incomparabiliter superiorem adoremus, & testimonio Jesu, Spiritus, sic Prophetiæ armati, ad palmas cœlestes, & inter excubias Angelicæ beatam emigrationem nos magis magisq; præparemus, ingeminantes illud: Veni Domine JESU!*

P. P. Sub Sigillo Reſtoratus in Solemni Michælis An. M DC LXXIIX.


1730 0099m 0660m





*Prophetis, & his declarans rationarium temporum  
 exaltationis Jesu contradistingvitur Angelis cu-  
 re, quæ per SPIRITUM SANCTUM è caelo emissum es-  
 stolis i. Pet. I, 11. 12. & Angeli, potestates, ac virtutes  
 gloria & illi Dei spiritui, super Christum & Christum  
 i. Pet. III, 22. c. IV, 14. (II. XI, 21. Joh. III, 34. Luc. IV  
 (12) in præconio Evangelico non tam Apostoli  
 de Jesu, quàm SPIRITUS SANCTUS per Apostolos, p-  
 tates Matt. X, 20. Marci XIII, 11. (Marci XII, 36. 2. I  
 Angelos, quos ille spiritus Prophetia, qui est testi-  
 liariter facit nobis consertos Apoc. c. XIX, 10. c  
 ritus non tantum appellatur spiritus Domini:  
 MINUS 2. Cor. III, 17. 18. Contra Angeli sancti  
 sunt spiritus λειτουργικοί, διακονικοί, adorantes Ch-  
 & adeo ipsum quoque Spiritum S. Christo ut ho-  
 ult. II. VI, 3. Ita (14) Angelus Domini Jesu (Apo-  
 tradistingvitur & SPIRITUI (S. conf. Rom. II  
 riis inenarrabilibus operante Spiritu S.) inte-  
 mine Jesu Apoc. (XIV, 13.) XXII, 17. 20. Addant  
 ritus S. nuspiam inter creaturas excitatur ad lau-  
 creaturas, vel ut creaturæ, excitantur. E. Ang-  
 Major ex inductione. Minor ex Pf. CIII, 20. ad  
 seq. II. Angeli ut facti contradistingvuntur  
 CIV, 4. 30. E. nō sunt ille Spiritus. III. Spiritus  
 in Deo, & ipsas profunditates Dei i. Cor. II, 10. 11.  
 nec profunditates Dei Eph. III, 10. i. Pet. I, 12.  
 XXIV, 36. (ut absurdè Paradoxi Autor illam  
 turas, ipsamque humanam Christi uaturam ex nat-  
 tionis statu consideratam refertur, simplicit-  
 extendat, & hūc in Angelis intelligat) IV. Spir-  
 luimur, justificamur, sanctificamur & velut eja-  
 Cor. VI, 11. & i. Cor. III, 16. c. VI, 19. Angeli nō  
 Spiritus S. V. Spiritus S. gubernat Ecclesiam u-  
 c. XX, 28. c. XVI, 6. 7. i. Cor. XII, 11. Angeli non*

*gloriosa  
 prospice-  
 r ab Apo-  
 jecti, illi  
 centi cōf.  
 II, 18.) Ita  
 testantur  
 Prophe-  
 etia per  
 Jesu pecu-  
 a (13) spi-  
 TUS DO-  
 Act. X, 22.  
 hominē,  
 em Act. I,  
 & 16.) cō-  
 sa (suspi-  
 Veni Do-  
 tia I. Spi-  
 geli, inter  
 Spiritus S.  
 LIX, 2. &  
 nditori Pf.  
 a quæ sunt  
 iūt omnia,  
 32. Matth.  
 æ ad crea-  
 a & exina-  
 Spiritū S.  
 per quæ ab-  
 bitamur i.  
 non sunt  
 utus. Act.  
 I, c. XXII,  
 7. Sach.*



the scale towards document